



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. F. Felicis Potestatis Panormitani Ordinis Minorum S.
Francisci de Observantia ... Examen Ecclesiasticum**

Potesta, Felice

Coloniæ, 1712

De I. Præcepto.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40060

¶ & S. Apud Ant. à Spic. S. tr. 5. de jur. dist. 17. p. 54. qui eos sequitur tantum quod
scripturas lecituras. At in consultis nostram
dilectionem probabilem vocat, pluribus ratio-
nibus & auctoribus confirmat.

SECRETUM NATURALE

1789. Monitum, vel expresse, ut *Tibi dico*
sub sigillo confessionis, sub secreto na-
tri, ut nemini dicas, &c. vel implicitè :
Tibi dico, ut amico pro consilio, ut dolorem te-
ram, &c.
1790. Obligat sub mortali, si res sit gravis
negligentia, & ejus violatio cedat in gra-
vissimum, aut in gravem disiplentiam
quae secretum commisit; quia tunc vio-
lentia creu de nocet societati humanae, &
in gravium discordiarum causa. Quod est
enim, etiam si uni, vel alteri viro prudenti-
er, si quis secretum imposuit, iis specialiter

non velit secretum revelandum. Idem dic d^o
litterarum injuria aperitione, nisi pruden-
ter presumat auctorem litterarum non invitum,
aut nisi id facias ad vitandum grave damnum
injustum, quod inde prudenter times.

1790. Magis peccant Secretarius, & Nota-
rius publicus, qui tenentur ex officio, & sub
juramento ad secretum. Non est peccatum re-
velare secretum naturale, etiam juratum ad
impediendum damnum publicum, aut tertiaz
persona innocentis, seu si secretum sit de de-
lictio patrando. Est autem mortale illud reve-
lare, si damnum sit jam secutum, & non pen-
deat in futurum. v. num. 126. 1704. & 1733. ad
1736. 1633. 1696. & 1697. & 10. 2. a. n. 55.

Scotus in 4. dist. 15. q. 4. l. 1. F. M. str. in
theol. mor. disp. 12. q. 9. Joan la Crux 8. præc.
Bulumb. lib. 4. cap. 3. dub. 4. 6. & 7. lib. 5.
cap. 3. dub. 2. n. 6.

PARS TERTIA

De quinque Præceptis Ecclesiæ.

DE I. PRÆCEPTO.

habe Missam diebus Dominicis, & festis de
Precepto.

1791. Fideles, postquam ad usum rationis
pervenerint, qui regulariter post
temporium expletum presumuntur, tenentur
nostri audire sactum diebus Dominicis,
dictis de præcepto.

1792. Ad satisfaciendum huic præcepto
convenit requiruntur, 1. *Presentia moralis.*
Hanc est necesse, quod actu audiat Sacer-
dotem, qui videat; nam in auctoritate, aut ob-
sidientiam populi distans, ut actu nec au-
dit, ne videat, satisfacit, si sacrificio sit præ-
dicta, ideoque per *auditionem Missæ*, intelligi-
tur. Exam. Ecclæsiaſt. Tom. I.

tua actio, qua quis sacrificio est presens, ei que
assidit modo humano, corpore videlicet, &
mente, & in tali distantia, ut possit Sacerdotem
videre, ejusque Ministerium, & actiones at-
tendere. Unde non latifacit, qui è fenestra
sua domus extra Ecclesiam sita Missam, qua
intra Ecclesiam celebratur, audiret; quia non
est moraliter presens. Affirmat tamen Tamb.
lib. 4. c. 2. §. 1. n. 14. & Clericatus c. 109. nn. 7.
Similiter, nec qui extra januam Ecclesia pos-
tulat, eam audiret; nisi id contingere ob multi-
tudinem nimiam populi, quam Ecclesia ca-
pere non valet, quia tunc censetur moraliter
presens ratione conjunctionis cum multitudine,
cum qua constituit unum corpus mora-
le fidelium, sacro presens, & assilens.

1791. 2. *Intentio.* Requiritur, inquam, in-
tentio

Ggg

tentio

tentio aut iendi missi saltē virtualis, ut interpretativa; quam vide in tom. 3. in Exam. ordinand. an. 206. unde qui in Ecclesia est praesens sacro non animo audiendi sacram, sed expectandi amicum, non satisfacit; quia actio illa auditionis, est purè casuālis, externa, & non humana; Ecclesia autem precipit actum humanum, ac proinde voluntarium, seu actum mixtum ex externa audizione, & interna volitione: v. num. 184.

2792 Econtra, si audis, habens intentiōnē audiendi, non tamen satisfaciendi per illud sacram praecepto, sed ob devotionem; si postea aliud sacram non audias, satisfecisti praecepto; quia praeceptum vult auditionem humanam; animus autem non satisfaciendi praecepto hac, vel illa audizione faci, non facit, quin auditio illa fuerit humana. Tum quia aliud est loqui de animo non satisfaciendi praecepto hac, vel illa audizione faci, aliud de animo absoluē non satisfaciendi praecepto, quia hic, utpote exclusivus actionis praecepta, est mortalitatis: v. num. 145.

2793 Item, qui audit Missam ob devotionem, ignorans esse diem festum, si postea advertat, non tenetur ad aliud sacram, quia jam satisfecit, tam ob altam rationem, quam ob virtutalem intentionem satisfaciendi.

2794 3. *Attentio.* Requiritur sub mortali. Dian. Car. de Lugo. Tamb. & alii volunt, sufficere solam attentionem externam, quatenus, dum quis assistit Misa, non occupetur in aliqua actione externa mortali incompossibili cum audizione, v. gr. pingendo, scribendo, confabulando, &c. adeoque non obstat solam internam distractionem mentis etiam voluntariam; quia Ecclesia precipit auditionem externam, & orationis substantia non dependet ab attentione actuali interna.

2795 Dico tamen, sub mortali requiri attentionem internam. Mastrius cum Cajetano,

& Bonac. quia Ecclesia praecepit actionem humanam, praecepit actionem humanam diligosam, qualis non est, nec auditio oratio fuit illa pro rorū attingente intercum omnimoda voluntaria distractio terrena. Omnino v. dicta an. 286. S. 44.

2796 Attentio vero interna est. Quia attenditur ad actiones Sacerdotis, quia attenditur ad significacionem vel. 3. Qui inde mens ad Deum elevare, complando videlicet mysteria, quia peractum aut Sacerdotis verba exprimuntur, attentio est melior, tertia est optima, prima est necessaria. Quia praeceptum ratione Missæ non est de oratione, sed de stentia Sacrificio. Requiritur igitur, ut virtualiter, & in confuso attendas Sacerdotis. Unde est mortalitas distractio notabilis, secus, si sit multa ut sepe contingere solet, aut volunta, brevis: v. an. 441.

2797 4. *Integritas:* unde mortali tem notabilem omittere. Parvam partem communiter Doctores, omittunt, pro Missa usque ad Epifasiam excludunt communione exclusivè usque ad fieri usque ad Evangelium exclusivè.

2798 Non satisfacit praecepto, huius taliter peccat, qui duas, aut quatuor partes simul à diversis celebrantibus audiat propositio affirmativa est damnabilis. Intitio XL. vide in prof. 53. quia praeceptum de audienda una integra Missa: que conditione satis colligitur ex ipsa damnacione leuis ex Cathedra loquentis, qui enim partes sacri simul à diversis celebrantur, non dicitur audire unam integras, sed plures partes plurimum nullam nullam integram.

2799 Eadem ratione non satisfacit duas partes successivè à diversis celebrantibus.

nentia contingere solitas. Et parum interest, quod oratio sit præcepta, vel non præcepta, ad hoc, ut attentionem sufficientem impedit, vel non impedit.

2803. Durante tamen sacro, non potest quis confiteri. Azor, contra Bonac, quia confessio non est oratio, sed accusatio, & actus judicii omnino dilatus, & attentionem ad facrum impidiens. Affirmat Clericatus cap. 1. si cito se expedit, putat usque ad Evangelium.

2804. Qui manè discedit è loco, ubi festum colitur, accessurus ad locum, ubi non colitur, non tenetur prævenire, per Bonac. & alios, quia præceptum non est affixum determinata horæ, sed extenditur ab aurora usque ad meridiem. Dico tamen, quod teneatur prævenire, si sine gravi incommode potest; quia prævidens impedimentum proximum futurum adimplitionis præcepti, tenetur eam prævenire, si sine gravi incommode potest; alioquin censetur velle malitiose transgreditionem: vide hic nn. 2900. & 2903. tom. 2. n. 636. & tom. 3. n. 285.

2805. Excusat ab auditione sacri die festo rationabilis causa, quia præcepta positiva Ecclesiastica, utpote ex benigna matre, non obligant cum tanto rigore.

2806. Excusat, 1. *Impotensia physica*: hinc excusat infirmus, aut detentus in carcere: v. nn. 456. & 457.

2807. 2. *Impotensia moralis*; seu gravis difficultas hiuc excusat. Qui prudenter gravem damnum sibi, aut aliis timet, si exeat. Qui gravem difficultatem habet, ob notabilem distiantiam ab Ecclesiâ, & pluviam. Gravida, si graviditas sit periculosa. Mater, si non habeat cui relinquere infantulum, nec possit secum ducere, qui alias solus domi pati possit periculum. Persona, quia habet infirmos domi, qui possent pati periculum, &

non habeat qui relinquare. Qui debet gravia negotia expedire, que comitatem differre non potest. Qui iter agens sacram audire non potest, nisi amittat socios, sine quibus prudenter timet latronum periculum, aut aliud malum. Mulier honesta, qua caret habitu honesto, quia non obligatur accedere cum gravitate sua confusione; curare tamen debet, ut accedat valde mane, quando populi concursus esse non solet; si id sine gravi incommodo, aut confusione facere potest.

2808 3. Officium. Hinc excusantur milites qui castrum, aut portas Civitatis custodiunt, si sine periculo suo muneri deesse non possunt Pastores ovium, & carmentorum, & similes, si ex absentia periculum timent; quodquidem regulariter coactus; qui tamen, si sunt plures, curare debent, ut relictis uno, aut pluribus, quot sufficiunt ad custodiari, accedant alii ad sacram: & sic faciant ad vicem, vel diversis horis ejusdem diei, vel diversis festis, juxta loci propinquitatem, aut distantiam.

2809 4. Consuetudo. Hinc excusantur mulieres, si ex conuentu patriæ egredi non soleant tempore luctus, aut post partum, per dies purificationis, dummodo non exceant ob alias causas. Consuetudo mulierum ubi est, non habendi primo anno viduitatis domi, ita ut neque diebus festis exeat ad audiendam Missam est ab Episcopis, uti irrationalibilis, & exorbitans, extirpanda.

2810 5. Censura. Hinc, qui est legatus ex communicatione majori, aut interdicto, nec tenetur, nec potest sine mortali Missa audire.

Tempore autem interdicti habens Bullam peccat mortaliter, si die festo omittat sacram; quia tenetur implere preceptum, quando potest; sed tunc potest, nam per Bullam potest audire sacram tempore interdicti; igitur;

2811 6. Inadvertentia, quia inadvertit aut obliuio ac quivalet ignorantia invicta adeoque excusat à culpa: v. num. 450.
2812 Quares. In Villa, abbatu*m* ceras, die festo Petrus accedit ad*m* reperit Sacerdotem pervenientem ab *p* nem, an tenetur audire reliquum *m* eam Ledefima, & Joan. Sanchez quam partem hujus Missæ non potest*m* præceptum, quod est de integrâ.

Resp. Teneri Moya, & Ardekin pars ista à præfatione ad finem est pa*m* lis, nam in ea continetur esse*m* nempe Confecratio, Oblatio, & Communionem, Prior vero pars est pote integrals*m* cessoria, principale autem non sequitur*m* cessorium, sed è contra: adeoque tenetur ad illam audiendam.

Scotus in 3. d. 8. quest. unius in Catechistrius disp. 11. quest. 2. art. 1. Jus. Cr. pag. 49. Tamb. tom. 1. pag. 124. Lm. 1. Prec. Eccl. tom. 2. Butem. lib. 1. nr. 3. pag. 109. Mendoz. lib. 3. pag. 109. Clericatus c. 47. & 109. Mendoz. lib. 3. pag. 109. DE II. PRÆCEPTO ECCLESIAE.

jejunare in Quadragesima, Vigiliis & nocturnis Temporibus.

Et non comedere carnes diebus Ventus & Sabbati.

JE JUNIUM

2813 E celesticum, quo ad subiectum consistit in unica commissione diem, cum abstinentia a carnibus.

2814 Majoris meriti est jejunum excep*m*to, aut voto 1. quād ipometā factū ex consilio; sic de aliis præceptis; quādū spontē factū, hoc est sine præcepto, aut voti onere, habet meritum solu*m* temperantiae; factū voto ex voto.